

Declaratur primò, vt non procedat hæc præsumptio, quando f cum qua si possessione seruitutis concurrat etiã contumacia eius, qui rem liberam esse asserbat. Ita declarat Iaf. in d. l. si prius. nu. 38. ff. de oper. nou. nunc. qui rationem affert.

Declaratur secundò, vt locum non habeat hæc præsumptio, quando f communis vox, & fama extat, quod res sit seruituti supposita. Ita declarat Gozad. in consil. 50. num. 24. qui ob id ait, rem præsumi feudalem, quando ita se habet communis fama, qua de re suo loco differemus.

Declaratur tertio, vt non procedat, quando maior pars illius rei esset seruituti obnoxia.

Nam tunc residuum præsumitur seruire. Ita dicimus rem præsumi feudalem, quando maior illius rei pars est feudalis, vt dicemus infra in præsumptio. 91. dum explicabimus, quando res præsumatur feudalis, in 13. conclusura, & in ea præsumptione plura afferemus, quæ huc pertinent.

Declaratur quartò, vt non procedat, quando factum aliquid est, quod seruitutem à communiter contingentibus arguit, sicuti quando quis vsus est itinere aliquo per fundum alterius. Nam in dubio præsumitur vsus iure seruitutis. Ita sentit Bar. in l. 1. §. 2. ff. de itinere actus priuato. & manifestius Io. Fabr. in §. æquè. instit. de act. Alex. in consil. 69. nu. 6. lib. 5. Fed. Scotus in consil. 12. lib. 6. tomo 2. idem ego ipse scripsi in commentarijs de retinenda possessione, remedio 5. num. 19.

Ius patronatus in Ecclesia acquisitum, quando, & quibus præsumatur?

S Y M M A R I V M.

- 1 Ius patronatus in ecclesia non præsumitur. Præsertim si vniuersitas illud, aut potens aliquis prætendat. nu. 2. Id enim vsurpatum potius quam rectè questum præsumitur. num. 3.
- 2 Ius patronatus, quomodo probari velit concilium Tridentinum.
- 3 Alternatiua dictio, vel, inter diuersa ponitur, & alteram partem veram esse sufficit.
- 4 Ius patronatus, constructione, readificatione, & ditatione Ecclesie quoque acquiritur.
- 5 Inclusio vnus non est exclusio alterius, vbi eadem est vtriusque ratio. Item eius, quod alio iure inclusum legitur. num. 8.
- 6 Dictionem, & interdum alternatiua loco capi.
- 7 Ius patronatus antiquissimum, probatur etiam lapidibus in foribus, & ianuis Ecclesiarum repositis. Item & fama sufficit. num. 11.
- 8 Fama in antiquissimis, in quibus difficilis est probatio, obtinet locum authenticorum documentorum.
- 9 Ius patronatus antiquum per testes de fama antiqua non probari, si pro sua ipsi communitate deponant.
- 10 Tres aut duo multi dicuntur.
- 11 Præsentationes factas a patronis in ecclesia probari debere certis probationibus, & non coniecturalibus.
- 12 Concilium Tridentinum de iure patronatus declaratur.
- 13 Ius patronatus vt acquiratur, consensum ordinarij, tacitum etiam sufficere seu præsumptum. Isque ex cursu antiqui temporis censetur adhibitus. num. 18.
- 14 Patronatam præsumi Ecclesiam illius loci, vbi edificata est. Ecclesia collegiata, quæ dicatur, & quæ non collegiata. nu. 20. 21. & 22.
- 15 Ecclesia cathedralis vel conuentualis, ipso iure collegiata censetur.
- 16 Ecclesia si qualis sit non constet, attenditur eius qualis possessio.
- 17 Ius patronatus multis casibus alienari posse.

EX supra commemorata præsumptione, qua diximus seruitutem non præsumi, fuit & hæc ipsa præsumptio, ius patronatus f in ecclesia non præsumi: cum sit ius patronatus seruitus quædam. Ita manifestè scripserunt Archid. in c. nullus. 16. q. 6. Innoc. in c. cum venerabilis. de exceptio. Abb. in consil. 54. col. 2. lib. 1. & in consil. 76. & in consil. 106. lib. 2. Pau. de Cittad. in tract. de iure patronatus, in tertia parte, in secunda causa, nu. 7. Dec. in consil. 117. col. 1. & vlt. & Lamber. de iure patron. p. 2. in 7. art. 11. q. princ.

Et præsertim hoc locum habet in iure patronatus, quod f vniuersitas, vel potens aliquis prætendit. Nam illud magis præsumitur vsurpatum, quam rectè questum, vt tradit Butr. in c. cum dilectus. de officio ordin. Rochus Cur. in tract. de iure patronatus in verbo, contraxit. quæst. 20. & alios refert Patenus in decis. 57. 59. & 205. libro 1. & idem credo scripsisse Verallum in decis. 128. parte secunda. quæ mihi videtur corruptè scripta.

Cum legèdum fortè sit ius patronatus in magnis f dominis, præsumitur magis ex vsurpatione, quam ex dotatione, & fundatione acquisitum. Idem respodit Hier. Gabriel. in consil. 192. nu. 1. lib. 2. Quam sententiam comprobauit sacrum Concilium Tridentinum, in sessione 25. de reformatione, cap. 9. cuius sanè verba hæc sunt, Decernit sancta Synodus, vt titulus iuris patronatus sit ex fundatione, vel dotatione, qui ex authentico documento, & alijs iuris acquisitis ostendatur, siue etiam ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominũ memoriam excedat, aliasve secundum iuris dispositionem. In ijs verò personis, seu cõmunitatibus, vel vniuersitatibus, in quib. id ius plerumq. ex vsurpatione potius questum præsumi solet, plenior & exactior probatio, ad docendum verum titulum, requiratur. Nec immemoralis temporis probatio aliter eis suffragetur, quam si præter reliqua ad eam rem necessaria, præsentationes etiam continuatæ, non minori saltem quam quinquaginta annorum spacio, quæ omnes effectum sortitæ sint, authenticis scriptis probentur. Reliqui patronatus omnes in beneficijs tã secularibus, quam regularibus, seu parochialibus, vel dignitatibus, aut quibuscunq. alijs beneficijs in cathedrali, vel collegiata Ecclesia, seu facultates, & priuilegia cõcessa, tam in vim patronatus, quam alio quocunq. iure nominandi, eligendi, præsentandi ad ea, cum vacant, exceptis patronatibus super Cathedralibus Ecclesijs competentibus, & exceptis alijs, quæ ad Imperatorem, & Reges, seu regna possidentes, aliosq. sublimes, ac supremos principes iura Imperij in dominijs suis habentes pertinent, & quæ in fauorem studiorum generalium concessa sunt, in totum præsumi abrogata, & irrita, cum quasi possessione inde secuta intelligantur, &c.

Requirit sacrum concilium, quod ius patronatus nõ præsumatur, sed probetur, & præsertim à Communitatibus, in quibus solet præsumi vsurpatio. Probari autem vult Concilium, fundatione, f vel dotatione, vel cursu temporis, hoc est præscriptione, iunctis præsentationibus. Et ij quidem probationis demonstrationisque modi, ita distincti, & separati sunt, vt vnus eorum tantum sufficere possit, quemadmodum declarauit in consil. 241. num. 2. lib. 3. perpendendo dictionem illam, siue, quæ est distinctiua, & non coniunctiua. Bar. in l. is qui ducenta, §. vtrum. ff. de rebus dubijs. Et illa dictio, vel, est f alternatiua, quæ inter diuersa poni solet, & sufficit altera partem esse veram, & in pecie iuris patronatus sic declarat Lambert. in tract. de iure patron. lib. 1. parte 1. q. 3. principali. Qui ita iure communi sancitum esse scripsit, vt scilicet vnus ex his tribus sufficiat, hoc est, vel fundatio, vel dotatio, vel præscriptio, & nouè, hoc est an. 1581. die 4.

dis 4. Februarij, Illustris, inter pretes Sacri Concilij, sic sunt interpretati. Et præter tres enumeratos modos acquiritur etiam ius f patronatus cõstructione, readificatione, & ditatione Ecclesie, sicuti scribit per multi, quos commemorauit, & secutus sum in consil. 90. nume. 28. & 29. libro 1. Nec Concilium ipsum Tridentinum tres hos postremos modos rejicit, etsi alios commemorat. Non enim inclusio f vnus est exclusio alterius, quando eadè est vtriusque ratio, vt declarando regulam l. cum Prætor, ff. de iudicij. scripserunt Felin. in c. nonne. nu. 5. de præsump. & Paris. in consil. 121. num. 39. lib. 1. quos secutus sum in consil. 106. nume. 232. lib. 2. Et præterea inclusio vnus, nõ est exclusio alterius, quod alio iure f inclusum legitur, sicuti declarat Decius in l. 1. in 3. lectur. nu. 84. ff. si cert. pet. & in consil. 11. nu. 18. Porro hic eandem ratione esse vnus, & alterius modi certũ est, & alij modi à statuto non inclusi, sunt à iure ipso cõmuni probati. Imò, & idem Sacrum Concilium in sess. 14. c. 12. de reformatione. statuit, ius patronatus acquiri cõstructione. Et quanquam Concilium copulatiuè ita loquatur, aut capellam de nouo fundauerit, & cõstruxerit, at tamè ex illo illam dictionem, f &, non stare copulatiuè, sed potius loco alternatiuè, iux. tex. l. cum quidam, C. de verbor. sign. vbi ij gl. & Doct. & dum Concilium in d. sess. 25. c. 9. requirit, q. tituli ij patronatum probentur authenticis documentis, crediderim inter ea posse connumerari probationes coniecturales, quæ iure probatæ sunt, sicuti aliorũ auctoritate respondi in consil. 241. nu. 7. quando scilicet agit de probatõ f patronatu antiquissimo. Quocirca ad probandum hunc patronatum sufficiunt aut qui lapides in foribus, & ianuis ecclesiarum repositi, quemadmodum post Baldum, & alios scripsi superiori libro in præsumpt. 59. in primo casu. Fama etiam sufficit ad probandum f antiquum patronatum. Lambert. in tract. de iure patron. lib. 2. par. 2. in 4. art. decimæ quæstionis principalis, nu. 13. Rota tamen Roman. in decis. 792. nu. 2. & 3. in prima par. in nouissime editis decidit, solam famã non sufficere etiam in antiquis. Rufus Lambert. in loco præallegato. num. 12. subiungit testes etiam de auditu probare. Hæc t enim in antiquissimis, in quibus difficilis admodum est probatio, locum obtinent authenticorum documentorum. Quod intelligo non habere locum f in testibus Communitatibus, qui diceret audiuisse à suis maioribus, patronatum esse ipsius Communitatibus. Ita decidit Rota Romana teste Verallo in decis. 135. par. 2. Dum verò requirit Concilium illas multiplicatas præsentationes in patronatu præscriptione questum, ex illo satis verificari in duabus, vel tribus præsentationibus, cum duo, f & tres dicantur multi. l. 1. §. hoc scripsum. vbi gl. ff. ad. & post alios docuit Iaf. in l. licet Imperator. num. 19. ff. de leg. 1. qui tamen inquit, 15 iudicij arbitrio relinqui. Porro has f præsentationes probati debere certis, & veris probationibus nec coniecturales sufficere respondi in consil. 336. num. 1. verum nec obstat. lib. 4. scripsi tamen in fra lib. 6. præsump. 36. nu. 4. & 5. continuatas præsentationes posse dici, quando extant vna, vel duæ præcedentes, & vna, vel duæ sequentes, sed vna deficit in medio. Cum extremis probatis media præsumantur, vt in beneficijs affirmarunt Felin. & alij à me citati. Non etiam est omittendum, quod cum Sacrum Concilium requirit continuatas præsentationes per cursum quinquaginta annorum in personis illis, in quibus ius plerumque ex vsurpatione potius questum præsumi solet, non habet locũ quando cum ijs adest persona, in qua cessat vsurpationis suspicio. Sicuti aliquando respondi, quod si ex duobus, qui præcedunt ius patronatus, vnus sit vir potens, & magnus, vt feudatarius diues, & opulentis, de quo posset esse vsurpationis suspicio, alter verò esset priuatus, in quo suspicio illa cessaret.

mo. Cum hoc ius patronatus haberi debeat, ac si esset illius priuati, & impotentis tantum. Sicuti ad rem prope nostram respondit Hieron. Gabr. in consil. 197. nume. 8. lib. 1. Cum dixit, post Rotam, Felinum, & alios, ius patronatus mixtum clerici scilicet, & laici, non haberi pro clericali ob dignitatem clerici, sed pro laico, ne laico præiudicetur. Et e contra pro clericali, quando vtrique magis expedit. Et propterea subiungit Gabriel. suo illo in casu, regulam Cancellariæ, quæ referuat summo Pontifici collationem beneficiorum pertinentem ad Episcopum, non comprehendere canonicatus, quorum collatio pertinet ad Episcopum, & capitulum Canonicorum simul. Cum (vt dicebat Gabr. ibi. num. 7. veritem assumere) mixtum assumat naturam eius simplicis, per quod ius socij non tollitur, sed conseruatur. Propterea accedit, quod quado dispositio loquens de simplici trahitur ad mixtum in fauorabilius, id cõrigit per extensionem ob mentem, & voluntatem præsumptam disponentis eo casu, quo in mixto eadem æquitas, & ratio viget, quæ in simplici. secus si ratio, & æquitas cessat. Ita Hieron. Gabr. in d. consil. 197. nu. 12. lib. 1. post Crotum. & in l. Gallus, §. & quid si tantum, nu. 46. ff. de liber. & posthum. Porro ratio, illa concilij requiritis, tot continuatas præsentationes in personis potentibus est ob periculum, & suspitione vsurpationis quam Concilium in his præsumit. Quæ sanè ratio cessat hoc in casu, in quo respectu patroni priuati, & non potentis præsumi non potest vsurpatio. Et eo magis, quia verisimile non est, quod alius compatronus potens passus fuisset hunc impotentem præsentationes aliquas facere, si nullus extitisset ius patronatus, sed ipse potens totũ vsurpasset. Est etiam obseruandum, potentes, & vsurpationis suspectos dici non posse eos, qui superiorè habent, à quo facile coerteri possunt, sicuti decidit Patenus in decis. 58. num. 5. lib. 1. Et præterea cessat suspicio vsurpationis, quando Episcopus, aliusve Rector Ecclesie est æquè potens ac ille, qui dicitur ex potentibus, & magnatis. Cum verisimile non sit, quod æquè potens, vel potentior passus fuisset Ecclesie beneficia vsurpari. Ita declarauit, & decidit Rota Romana ann. 1582. die 9. Martij inter Archiepiscopum Toletanum, & Ducem de Beiar, referente Reu. P. D. Blanchetto Rotæ Auditore. Verum aliter visa est sentire eadem Rota in decis. 199. nume. 2. versic. neque restringuntur in 2. par. in nouis. Est etiam annotandum, quod etsi Concilium vtatur hoc nomine, præsentationes, at tamen idem est, si instrumenta patronatum appellarent electiones, & testes dicerent patronos elegisse. Quadoquidem persæpe canones, & eorum interpretes abutuntur nominibus, appellantes præsentationes, electiones, vel collationes, & e contra. Ita Lapsus in alleg. 8. nu. 4. Feder. de Senis, in consil. 102. col. 1. versic. ad hoc respondeo. Barbat. in consil. 33. col. penul. lib. 3. Rochus Curt. in tract. de iure patronatu, in verbo, honorificum, q. 38. Dec. in consil. 134. num. 3. in fine, & Lambert. in tract. de iure patronatu, lib. 1. par. 1. in 3. part. nona quæstion. principalis, & in lib. 2. par. 2. art. 3. q. 5. principalis. Dum etiam Concilium requirit patronatus probari authenticis documentis, & alijs à iure requisitis, inter hæc requisita extat cõsensus Prælati, nempe ordinarij, vel Summi Pontificis, vt post alios responderunt Alex. in consil. 74. lib. 4. & Berous in consil. 5. nu. 14. lib. 1. Consensus tñ tacitus seu præsumptus sufficit, sicuti respondi Bero. in d. consil. 5. nu. 15. & alios commemorauit in consil. 241. nu. 18. quo loci. nu. 20. scripsi, cursu f antiqui temporis præsumi adhibitu cõsensum hunc. Præsumitur etiam adhibitus cõsensus in ipso actu, & licentia concessa de edificanda Ecclesia. Ita Lambert. in tract. de iure patron. lib. 2. par. 2. in 7. art. 1. q. princ. Qui ob id ait, præsumi ecclesiam f patronatam illius cõmunitatis, vbi fuit edificata. Non enim omittendum est, quod cum Concilium permittit nominationes,

tiones, & electiones in cathedralibus, collegiatis, & regularibus, hoc est conventualibus, non repugnare iuri communi, sed cum eo convenire. Nam, & ius commune permittit etiam laicis, ut habeant facultatem eligendi, consensu ordinarij, vel Pontificis, sicuti tradunt glo. in c. nobis, §. ceterum, de iure patr. ubi Zabarella col. 3. Curt. de iure patr. in verbo, eccles. q. 2. Paul. de Cittad. de iure patro. in 6. par. q. 54. & in 7. par. q. 10. & copiosius Lambert. de iure patron. lib. 2. par. 1. q. 5. principali, num. 13.

30 Collegiata autem ecclesia ꝑ que dicatur, explicat copiose Lambert. in d. q. 5. col. 1. & 2. qui tandem secutus est Abbatem in c. nobis, de iure patron. post Ioan. Andr. & alios, qui plures casus visi sunt distinguere.

Primus est, quando in ipsius ecclesiæ institutione, ordinationeque prima fuit ordinatum, quod ibi essent clerici collegiati, tunc ecclesia dici debet collegiata, cap. nemo. 10. q. 1. de elect.

Secundus casus est, quando fuit ordinatum, quod ibi esset solus Rector, vel Rector cum clerico, tunc ꝑ non est collegiata, c. cum quis, de vita, & honest. cler.

21 Tertius est casus, quando fuit ordinatum non ꝑ habere ius collegij in ea, sed patronum habere presentationem, tunc Ecclesia non est collegiata. Io. Andr. in d. c. nobis, qui exemplum affert in Ecclesia Annunc. B. Virginis Arengi in hac Civitate Padue meis edibus vicina, cuius Ecclesiæ patronatus est Claris. familie Foscaræ.

23 Quartus casus, quando Ecclesia est cathedralis, ꝑ vel conventualis, tunc ipso iure censetur collegiata, cap. ne pro defectu, de elect. Hofst. in d. c. nobis.

Quintus casus, quando nullo modo apparere potest, 24 an sit collegiata, vel non, tunc attenditur ꝑ eius quasi possessio. Nam talis præsumitur, qualis eam esse quasi possessio significat. Si enim est in quasi possessione Collegij, iudicabitur collegiata, sic e contra. Quasi possessionem verò collegij ostendunt signa, ut cum exercentur pertinentia ad collegium, sicuti quando consueverunt facere Synodum, vel habere sigillum commune, vel eligere Prælatum, & similia. Ita Abbas, & Lamber. præcitat in locis. Cum verò Concilium prædictum distinguat certis casibus ius patronatus ecclesiasticum, hoc est à clericis quæsitum ex bonis ecclesiasticis, à patronatu seculari, dubitari solet, qñ præsumatur ecclesiasticum, velulare. Rot. Rom. referete Puteo in decis. 228. lib. 2. decidit spectandū esse quibus ex bonis præsumatur clericus acquisivisse. Qua de disputatione diximus supra hoc libro in præsump. 53. Statuit etiam Concilium in d. c. 9. ver. Nec dictum ius patronatus, vendi, & alienari non posse ius patronatus contra canonicas sanctiones. Admittit ergo concilium à sensu contrario, ius patronatus posse vendi, alienari, & in alios transferri illis in casib. quibus ius ipsum commune canonicum permittit. Casus autem multos sunt, in quibus alienari potest ius ꝑ patronatus, sicuti quando alienatur vniuersitas iuris, sub qua ius patronatus continetur, ut si venditur villa, vel Castrum. Abbas, & reliqui in c. ex literis, de iure patr. latè Lamber. in tract. de iure patron. lib. 1. par. 2. in 11. artic. 5. q. princ. & ibidem in 15. art. quando venditur hæreditas, in qua extat ius patronatus. Non hic commemoro alios casus ab eo relatos. In illis verò casibus in quibus permitta non est alienatio, si illa fiet, ipso iure nulla erit, ut statuit Concilium, quod iure communi lancitum, requiritur tamen declaratio facti, nempe factam esse alienationem in casu prohibito. Qua declaratione facta sequitur priuatio ipso iure, Ita Lambert. præcitat in loco, in artic. 2. & 3.

*Feudalis res, quando præsumatur, & quando libera, & allodialis?*

*S V M M A R I V M.*

1 Allodialem, & liberam, non feudalem in dubio rem præsumi.

2 Feudum dicitur quedam scriptura.

3 Libera res quælibet ob primam statum suum dicitur.

4 Possidere iure proprio potius, quam alieno quis præsumitur.

5 Concessio rei facta à principe, in dubio liberè non per in feudationem præsumitur.

6 Prædia rustica sui natura, & à communiter contingentibus libera sunt, & præsumuntur.

7 Castrum in dubio liberum, & allodiale præsumitur.

8 Comitatus liber, & allodialis, non feudalis præsumitur.

9 Item in Marchionatu, num. 9.

10 Allodialis præsumitur res, etiam feudali vicina, & contigua.

11 Allodiale etiam feudum præsumitur, si à principe donante factum sit.

Nec refert si dicat princeps, nostri principatus, & domini, & aliorum quorumlibet iuribus semper saluis, nu. 13.

Aut aliquid annuatim principi præstaretur, num. 14.

12 Feuda, & iurisdictiones liberè donari possunt.

15 Feudalis res non præsumitur, aliquibus in concessione verbis extantibus, quæ feudalem, aliquibus quæ allodiale significat. Vel exprimerentur in concessione aliqua feudalia, non expressa enim præsumuntur allodialia, num. 16.

17 Feudalis res non præsumitur, etsi à principe recognoscatur. Quod rectè tamen intelligendum, num. 18.

19 Res præsumitur libera, & allodialis, quantum illius possessor præstare soluit in iuramento fidelitatis.

Etiam si cum iuramento fidelitatis præstiterit Homagium, numero 20.

21 Homagium est species quedam seruitutis.

22 Homagium non arguit concludenter feudum.

23 Res præsumitur allodialis, & libera, licet possessor illius se vasallum confessus fuerit, & tanquam vasallus iurauerit fidelitatem Domino.

Idque etiam procedit, licet per 30. annos seruitutem aliquod personale præstiterit domino, a quo tamen rem aliquam consecutum fuisse non constat, num. 27.

Idem si re ipsa constet subditum nihil à principe dominove habuisse, sed sua spontè se ei adstrinxisse præstare aliquod seruitium personale, nu. 28.

24 Vasalli nomen est æquiuocum, & vasalli etiam dicuntur subditi, qui nihil à domino consecuti sunt.

25 Feudatarius dicitur etiam ille, qui fidelitatis iuramentum præstat, etsi feudum non obtinet.

26 Confessio rem feudalem, non efficit eam esse feudalem.

29 Allodialis vtrum res sit, ex verbis concessionis præsumitur.

30 Donatus, largimur, conferimus, committimus, liberè de omni eo, & c. Verba hæc in concessione liberam non feudalem rem demonstrant, num. 31. 32. 33. & 34.

35 Allodiale esse rem, colligi ex signis.

36 Homagij, seruitij, aut fidelitatis, in concessione nulla facta mentione res feudalis non præsumitur.

Idem si nulla inuestitura solemniter concessa sit, num. 37.

Aut concessio pro libera, & allodiali facta sit, num. 38.

39 Feudalem rem esse præsumptionibus, & coniecturis demonstrari posse.

40 Feudum concessum esse demonstrant verba Principis in feudum concedentis.

41 Feudum concessum, figura, seu actus facti feudo conuenientes demonstrant.

Idque si ex certa scientia non errore probabili, num. 42.

42 Feudalis esse res, ex concessione iudiciali possidentis, præsumitur.

44 Feudi loco rem propriam cognoscens illam feudalem facit, si certa id scientia sit.

45 Feudalem rem esse, antiqua principis assertio facit.

46 Feudalem rem fidelitatis iuramentum arguit.

Concordantur opiniones contraria, num. 47.

48 Fidelitatis, & homagij reservatio feudum arguit.

49 Possessor rei seruitia præstans in signum subiectionis, feudum arguit. Et quot annorum cursus requiratur, num. 50. & 55.

51 Allodialis, & libera non præsumitur res, in æssimo ciuitatis non descripta,

descripta, in quo alia describi consueverunt.

52 Feudalis præsumitur res, in castro feudali descripta.

53 Feudalis res præsumitur diu tanquam talis possessa.

Et quot annorum spatium sufficiat, num. 54.

56 Feudalis possessa res ab antecessoribus, ad hæredes eodem iure præsumitur peruenisse.

57 Feudum possidere, de quo constat in genere, si requisitus à domino, ut bona ostendat, id negligat, præsumptionem contra se habet.

58 Vasallus feudum negans, de mendacio conuictus, feudo cadit.

59 Feudalem rem esse, concedentis personæ qualitas indicat.

Prælatus ecclesiæ bonæ concedens, in feudum præsumitur concedere, ibi.

60 Bonorum ecclesiæ natura est, ut alienari nequeant.

61 Donare potius, quam in feudare principi conuenit.

62 Feudali existente bonorum parte maiori, de alijs eadem est præsumptio. Id tamen quomodo accipiendum, num. 64.

63 Res eadem diuerso iure censi non debet.

65 Feudalis res esse, à communi voce, & fama, in antiquis præsumitur. Quot autem annorum fama esse debeat, num. 66.

67 Feudum, an præsumatur, principe vtile dominium concedente, directo sibi reservato.

68 Feudum esse, ex testimonijs rationem scientiæ reddentibus, præsumitur.

69 Feudalis res quæ fuit, adhuc talis esse præsumitur.

70 Præcedentia declarant sequentia.

71 Res ad naturam suam pristinam reuerti desiderat.

72 Feudalem rem esse regionis consuetudo præsumptionem præbet.

Item si pro tali habita fuerit, & reueta, num. 73.

Vel appareat ex instrumentis antiquis etiam inter alios celebratis, num. 74.

Aut ita iudicatum sit, citatis ijs, quorum interest, num. 75.

76 Fidelitatis reservatio feudum significat.

77 Homagij reservacionem feudum significare.

78 Resortum quid.

P R A E S V M P T. X C I.

Posteaquam cepimus differere de præsumptionibus, quæ versantur circa feudorum concessionem, adijciamus hanc, quando res præsumitur feudalis. Quia in re dicitur primum, quod quando verè sumus in dubio, præsumptio est rem esse liberam, & allodiale, non autem feudalem.

Prima itaque erit hæc præsumptio, quam probarunt Io. Andr. & alij in c. nimis, de iure iur. Castr. in conf. 179.

In causa quam magnificus, nu. 3. lib. 1. Præpos. in proemio feudorum, versic. 15. Abb. in c. significauit, col. 3. de reser. Alex. in conf. 129. nu. 1. lib. 1. in conf. 55. nu. 4. lib. 2. & in conf. 15. nu. 7. lib. 5. Curt. sen. in conf. 76. Dominus Lud. col. 2. ver. tamen hoc nõ obstante. Ruin. in cõf. 155. nu. 1. & in conf. 156. num. 1. lib. 1. Dec. in conf. 269. nu. 1. & in conf. 468. nu. 6. & in conf. 488. nu. 8. Curt. iun. in conf. 41. nu. 7. Goz. in conf. 47. num. 14. Paris. in conf. 14. nu. 14. lib. 4. Brun. in conf. 127. col. 2. ver. etsi assuuiamus. Andr. Gail. lib. 2. præc. obser. c. 69. num. 4. Aluar. in tract. de iure emphyt. q. vlt. & alios concessi in conf. 1. nu. 10. lib. 1. & in conf. 191. num. 2. lib. 2. & in conf. 395. nu. 2. lib. 4. & de eadem facti specie idem mecum respondit Surdus in conf. 151. nu. 23. lib. 2. sic & Aluarus in tract. de iure emph. q. vlt. nu. 2. quia feudum ꝑ dicitur seruitus quædam, gl. in l. si cuius, §. si vlt. fructus, in verbo, oportet, ff. de vlt. fructu. At omnis res præsumitur libera ob ꝑ sum primæ uisum statum, l. altius, C. de seruit. & a qua. Accedit & ratio, quam in d. conf. 191. num. 22. recen sui ex Rolan. in conf. 46. num. 44. lib. 3. quod vnusquisque magis præsumitur possidere iure proprio, quam alieno, filiusfam. §. Diui, vers. idem Princes, de leg. 1. & ibi Angel. Non ergo quis possidere, ut vasallus, atque ita iure directi domini, sed nomine proprio præsumitur.

Quæ tamen ratio solum concludit, quando is, qui asserit rem esse liberam, eam possidet. Et præsumptio hæc maxime procedit in concessione facta ꝑ Principe, qui in dubio liberè donare, non autem in feudare præsumitur, sicuti respondi in conf. 191. num. 24. libro 2. post Oldrad. in conf. 159. num. 5. & alios plures, quibus addo Roland. in conf. 85. num. 18. lib. 4. Hæc præsumptio multò magis procedit in prædijs rusticis, quæ sui natura, & à communiter contingentibus sunt libera, ut in specie respondit Crauet. in conf. 662. nu. 14. quem secutus sum in d. conf. 395. num. 5.

Extenditur primò hæc præsumptio, ut locum habeat etiam si de Castro aliquo sit disputatio; etsi enim Castrum dicatur continere etiam iurisdictionem, at tamen in dubio præsumitur liberum, & allodiale. Ita Cur. sen. in d. conf. 76. D. Lud. col. 2. vers. tamen hoc non obstant. Iacob. in inuestitura feudali, in verbo, de Castro, num. 16. & Paris. in conf. 16. num. 18. lib. 4. qui dixit, idem esse, quando castrum est intra Regnum, vel Prouinciã. Idem de Castro responderunt Bellon. in conf. 10. nu. 9. & Alba in conf. 16. num. 1. & idem scripsit Mascard. in conclus. 79. num. 9. & secutus sum in d. conf. 395. nu. 4. Bossius in tit. de principe, num. 238.

Extenditur secundo, ut procedat etiam in Comitatu, qui ꝑ præsumitur liber, & allodialis, non autem feudalis. Ita Iacob. in d. verb. de castro, num. 16. post Baldum, quem refert, Idem respondit Bellonus in conf. 10. num. 9. quos secutus sum in d. conf. 91. num. 21. Idem scripsit Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 3. nu. 2. qui alios commemorat. idem tradit Mascard. in d. conclus. 79. num. 10. & latius in conclus. 323. num. 1. ubi declarat.

9 Idem de Marchionatu ꝑ respondi in conf. 1. num. 35. Et intelligit Alciat. præcitat in loco, etiam si hic, qui Comitatum, vel Marchionatū obtinuit, aliqua seruitia domino præstitisset, quia ea tanquam feudatarius præstitisse non præsumitur, sed ut domino, & superiori suo.

Extenditur tertio, ut procedat etiam in re empta cõtigua, & confini feudali. Nam adhuc libera, & allodialis præsumitur. Bald. in c. 1. §. è contrario, nu. 2. de inuest. de re aliena facta. quem secutus est Hierony. Montanus in tract. de finibus regum, c. 96. ad fin. Et hæc quidem extensio tantò magis procedit, quando prædia alia vicina, seu confinia sunt libera, & allodialia. Nam tunc, & hæc, de quib. est disputatio, allodialia præsumuntur. Ita Iser. in c. 1. nu. 3. de controuerf. inter mascul. & feminam, & ibidem Afflic. num. 10. vers. secunda nisi. Brun. in cens. 127. col. 7. vers. quod si aliam, & Natt. in conf. 514. num. 34. quos secutus sum in d. conf. 395. num. 9. lib. 4. & ibidem num. 10. subiunxi post prædictos, multò magis procedere, quando in illis finibus maior pars prædiorum est libera, & allodialis.

Extenditur quartò, ut locum habeat hæc præsumptio etiam si in concessione rei feudalis, dixit dominus, & Princeps concedens, quod donabat, ꝑ & concedebat feudum. Etsi enim dixit se concedere feudum, non tamen dixit iure feudi, & ideo præsumitur feudum liberè, & ut quid allodiale concessum, com ꝑ feuda, & iurisdictiones liberè donare possint. Ita responderunt Paris. in conf. 23. nu. 15. lib. 1. & in conf. 16. nu. 14. lib. 4. & Alba in conf. 16. num. 2. Idem scripsit Mart. Freccia in tract. de subfeud. lib. 2. tit. quis dicatur subfeudatarius, num. 4. quos secutus sum in conf. 191. num. 29.

Extenditur quinto, ut procedat etiam, quando in ea concessione rei, adiecta fuissent hæc verba, ꝑ Nostri ꝑ principatus, & domini aliorum quorumlibet iuribus semper saluis. Hoc etiam casu non præsumitur concessio feudalis, sed libera, ut respondi in dicto conf. 191. num. 41. libro 2. ex sententia Ruini, & Iacobini, reiecta opinione Decij, & Alciat.

Extenditur sexto, ut locum habeat etiam si pro re ipsa ha-